

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

THEOGNIDIS

DIS MEGARENSIS SENTENTIAE Elegiacæ, cum interpretatione & Scholijs Eliæ Vinæti.

ACCESSERVNT ET HORVM

Poëtarum opera Sententiosæ

Phocylidis

Pythagoræ

Solonis

Tyrtæi

Naumachij

Callimachi

Mimnermi

Eueni

Rhiani

Eratosthenis

Panyasidis

Lini

Menecratis

Posidippi

Metrodorî

Simonidis.


Senariorum libellus.

Omnia in usum Scholarum collecta, & ad verbum conversa per IACOBYM HERTELIVM Curientem.

Adiecta quoq; est omnium uerbo Latino carmine à diuersis expressa.

Ὁὐ πρὸς δ' ἀπαντὸς ἰσχυρὰ τίσει κεκλιθεῖς.

BASILEAE.



THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

THE ONE

AMPLISSIMIS, PIENTIAE, PRUDENTIA, AC
eruditione præstantissimis uiris, D. Cos. & Senatoribus Reipublicæ SALVENDENSIS, Dominis ac patronis suis obseruandis.
S. P. D.



QVANDO QUIDEM, uiri amplissimi, nihil animis hominum magis inhæret, quàm id, cui à teneris consuescunt: idque quod tenerum est, ut ait Seneca, proximis applicatur: uniuersæ hominũ societatis permagni interest, ut ab ineuntibus statim annis mortales optimis, quæ per totam uitam usui futura sint, assuescere discant. Quia uerò ætatis imbecillitate iuuentus ad malum quàm ad bonum procliuior; minus considerat profuturane an obfutura sint, quæ tractat: opus est, ut per adultiores, quibus cura eius qualicunq; modo incumbit, à turpibus ad honesta, à uitijs ad uirtutum

à à amorem

E P I S T O L A

amorem deducatur. Id autē nulla commo-
 diore uia, quàm per liberalem institutionē,
 fieri potest. tanta enim eius uis est in utrāq;
 partem, ut nulla tam bona possit esse natu-
 ra, quin illius quasi excolendæ cura inter-
 missa, uitiosa reddatur: nulla item tam ma-
 la sit, quæ non ad frugem liberali ac fidei
 institutione redigatur. Proinde cū adulta
 hominū ætas ad omnia minus docilis tra-
 ctabilisq; sit, quàm rudes illi iuuentutis an-
 ni, qui instar ceræ quālibet impressionem
 facile admittunt: tum generosi mores, ut il-
 le ait, imbuendi sunt, cum tener est animus:
 tum optimis assuescendum, eaq; discenda,
 quæ nec grandinem, nec uim, nec Iouem i-
 psum, ut Plato inquit, extimescāt: quæ quo-
 que cū naufrago salua enatare, nec à latro-
 nibus eripi queant, cum ad quæuis ceræum
 adhuc est ingenium. Nam postquam annis
 iā quasi dirigit animus, partim ægtè, quo-
 rum praua cōsuetudine fuimus infecti, de-
 discimus: partim, quæ nescimus, nō nisi ma-
 xima nobis inculcari difficultate possunt.
 Quod elegantissima metaphora hac respe-
 xisse uidetur Ouidius:

*Que prebet latus arbor spaciantibus umbras,
 Quo posita est primum tempore, uirga fuit.*

Tunc

DEDICATORIA.

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,

Tunc stat in immensum uiribus aucta suis.

Hæc perita rerum antiquitas considerans, quæ nihil non egit, ut Republicæ optimè constitutæ in suo flore permanerent, iuuentutem, ceu seminarium totius hominum cōuersationis, optimis quibusuis non tam artibus & disciplinis, quàm morum uitæque præceptis imbuendam curauit. Non ignara, & sine literis rudes inertesque, & cum literis parum utiles fore homines, nisi honestati uitæ quàm primùm assueherent. Plus enim deficere quàm proficere eum, qui doctrina proficit, & moribus deficit, præter Aristotelem, quotidiana docet experientia. Non autem quæuis temerè, & citra delectū, teneris puerorum animis obtrudi passa est: sed eos autores, qui & pietatem, & præcepta de morum uirtutibus continerent, proposuit. In quorum autorum numero, Poetæ, qui uel mira ingenij industria clarorum uirorum egregia facta in exemplum posteritati descripta reliquissent: uel quàm breuissimis, maximèque illustribus sententijs doctrinam morum essent complexi, suo quodam iure facile primas obtinuerunt: unde & nomen
a 3 illorum

EPISTOLA

illorū in maximo cultu, maximaq; uenera-
 tione apud optimos quosuis extitisse non
 ignoramus. Plato, philosophiæ quidā sol,
 huiusmodi Poetas non dubitat nunc deo-
 rum filios, nunc prophetas appellare. Et
 tātum abest ut e Repub. sua eiecerit (quod
 ijs fecisse legitur, qui diuina poeticiæ arte
 ad lasciuiam, turpesque amores abusi e-
 rant) ut & ipse testimonijs eorum usus, &
 alijs exemplo suo præclarissima ipsorum
 monumenta euoluendi autor fuerit. Si-
 cut eius rei locuples testis est honestissi-
 ma creberrimaque apud ipsum Solonis,
 Tyrtaei, Homeri, Hesiodi, & aliorum me-
 lioris notæ mentio, Socratem, qui ipsius
 Apollinis oraculo sapiens pronuntiatus
 est, Euripide Tragico familiarissimè usum
 esse, nemo nescit. *μυσῶν θεράποντες καὶ αὐτῶν
 ἀποκρίτες* ab Hesiodo & Pindaro nuncupan-
 tur. Strabo autem lib. 4. de Situ orbis scri-
 prum reliquit, ueteres *τῶν πρώτων ποιητῶν*,
 ut omnium doctrinarum antiquissimam,
 philosophiam quādam perhibuisse. Quip-
 pe quæ a teneris nos unguiculis ad uiuendi
 rationes perducatur, mores atque affectus e-
 doceat, quæq; gerenda, declinandane sint,
 quadam cantus suauitate præcipiat. Et
 quò

DEDICATORIA.

quod magis suam erga huiusmodi ~~virtutes~~ gratitudinē testatam redderent, iuuenesq; ad bonarum rerum studia, morumq; integritatem excitarent: statuis ac imaginibus eos honestari, poemata ipsorum in publicis Deorū celebritatibus, alijsq; conuentibus recitari, optimasq; sentētiās templorum foribus, tanquam Deo dignas, imò ab ipsis. Numinib; usurpata, affigi, nec non aureis preciosisque materijs insculptas ad omnem posteritatem cōseruari curauerūt. Quemadmodum ex Platonē, Xenophonē, Pausaniā, Plutarcho, Athenæo, alijsque uetustissimis scriptoribus & iā dicta, & alia plura de Poetarum excellentia & utilitate cuius obuia sunt: nec patitur epistolæ angustia huc omnia referre. Etsi uerò Christianæ professionis homines, sinceræ Religionis Pietatisq; studium nō ab huiusmodi autoribus, sed ex sacrosanctæ Scripturæ fontibus petere debēt & possunt, ut quæ sola salutem & æternā beatitudinem per IESU CHRISTI ueri Dei, ueriq; hominis meritum credentibus paratam esse monstret, præceptaque ad Christianam uitam utilia copiosissimè præscribat: tamen Poetarum quoque (qualium scripta iuuentuti proponimus)

EPISTOLA

nimus) lectionem & usurpatam; & in non
 contemnēdo precio habitam, habendā-
 que esse, grauissima sanctissimorum in Ec-
 clesia Dei uirorum exempla & autoritates
 comprobant: quarum paucissimas, ob eos
 qui parum dextrè de Poetis sentiūt, in me-
 dium proferre placuit. D. Paulum, electum
 illud Dei omnipotentis organum, Poeta-
 rum libros euoluisse, & ut Clemens ait, ad
 ædificationem curamq; aliorum, testimo-
 nijs eorum uti nō erubuisse, Sacrarum lite-
 rarū ueritas testatur. Sic Act. 17. ubi Deum
 esse probat, Aratum uetustissimū poetam
 citat. 1. Cor. 15. ex Menandro Comico malo-
 rum consortia fugienda monet, quod pra-
 uis colloquijs boni mores corrumpantur.
 Cretensium mores Tit. 1. ex Epimenide ua-
 re Cretensi graphicè depingēs ait: *ἡπύρες ἀνὴρ
 ἡσυχία, ἡσυχία ἡσυχία, γαστήρ ἀργαί.* Gregorius
 Nazanzenus, ob excellentiam Theologus
 dictus, scriptis poetarum mirè delectatus
 est, & sacrorū carminū uolumen posteritati
 reliquit: quod non solūm priscis tempori-
 bus propositum est pueris, ut Socrates, So-
 zomenus, Orosius & Eutropius scribūt, ue-
 rùm etiam hodie à doctissimis uiris in deli-
 cijs habetur. Quid de Iohanne Chryosto-
 mo

DEDICATORIA.

mo Patriarcha Constantinopolitano sub Arcadio & Honorio Imp̄p. anno Christi 401. dicam, qui Aristophanis Comœdijs etiam noctu pro puluino usus est? Quid de Eustathio Thessalonicense, cuius etiam hodie eruditissimi in Homerum, ingeniorum fontem, commentarij extant? Neq; mihi hoc loco temperare queo, quo minus etiam D. Basilij Cæsariensis, cui uirtutum splendor Magni cognomen peperit, uerba adscribã, de eorum Poetarũ lectione, qui bonorum hominum dicta factãue narrassent: quales præ cæteris fuerunt, Homerus, Hesiodus, Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon, Tyrtæus, & alij. Sic ergo in Admonitione ad adolescentes, quo pacto ex gentilium scriptis proficere queant, ait: *ἐπὶ τούτοις παρασημασίου ἢ ποιηταῖς, ἢ λογοποιῶσι, ἢ ῥήτορι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν αὐτὸ μέλλει πρὸς τὴν τ' ἕψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλιμα τίς ἴσθαι. καὶ μὴ ὀλίγον· εἰ μὲν ἐστὶ τις οἰκειότες πρὸς ἀλλήλους τοῖς λόγοις, πρῆρον αὐτῶν ἡμῶν γνῶσις γούνοιο· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ τό γε παράκλητα θεότατα καὶ μαθητῶν τὸ διάφορον ἢ μη πρὸρ αἰς βελούσιον τῆ βελτίονος.* Hoc est: Poetis & oratorib. omnib. hominib. utendũ, unde futura sit aliqua utilitas, quæ ad animæ faciat ædificationé. Et paulo pòst: *Ἐστὶν ἡμῶν*

EPISTOLA

sermonum atq; gentillum ulla est conuenientia, nobis illorum ualde conferet notitia: sin minus, eos saltē simul conferendo differentiam discere licebit, cum ad melioris optionem atq; delectum non parum cōparatio ualeat, & inferiora sæpe collata sint potioribus ornamento. Nec ab his dissentit Philo sapientissimtis, dum libro de Agricultura, de puerorum studijs in hūc modum differit: *φύτ' ἀσπ' ἀετὰς μὲν εἰς ἡλικίᾳ παιδικῆς ψυχῆς μοχθύματ' αἰ, ἅρ' ὁ καρπὸς αὐτῶν τοῦ θουθεται, ἐστὶ δὲ τῶντα, ἢ τῷ γράφειν καὶ ἀναγινῶσκειν ἄσφοχος ἐπιτάδουσις, ἢ τῶν παρὰ σοφοῖς ποιηταῖς ἀκριβῆς ἔρῶνα, γεωμετρία, καὶ ἢ περὶ τῶν ρητορικῶν λόγων μελίτη, καὶ ἢ ἀμπασα τῆς ἐγυυκλῆς παιδείας ἕσση.* Quæ uerba Latinis auribus sic sonant: Inseram autem primū in puerilis ætatis animas, surculos, quorum fructus ipsas enutriat. Sunt autem hi, scribendi legendique certa industria, eorum quæ apud sapientes poetas habentur diligens scrutatio, geometria, oratoricæ facultatis meditatio, & uniuersa liberalis musica. Atque hæc quidem de Poetarum autoritate & lectione paucis attigisse, non planè *ἐν τῶν ἐλιῶν*, sufficiat. Haud enim parè humeris susciperem prouinciam, si ex singulis Christianis

DEDICATORIA.

stianis scriptoribus (ut de gentiliū my-
 riadibus taceam) poetarum & laudes col-
 ligere, & osorum calumnijs occurrere co-
 narer. Ego itaque tantorum uitorum iu-
 dicio & consilio incitatus, iuuentuti, cuius
 informandæ mihi quoque cura incumbit,
 hac in parte, quod ad optimorū poetarum
 studium attinet, labore quidem duro, ani-
 mo uerò non ægro consulere studeo, cum
 hanc meam esse Spartam non ignorem.
 Mirificè enim peritæ rerum antiquitatis,
 quæ, ut Plato uult, *λεγειστων ἀμα λιὰ ἐγγυτέρα*
θεῶν ἐγένετο, exemplum sequi, & quantum
 par est, alijs ad idem faciendum auctor es-
 se placet. Hæc de causa, cum labores no-
 stros, quos in Comicoꝝ L. scriptis ab in-
 teritu uindicandis exhausimus, bonarum
 literarum studiosis non ingratos animad-
 uerterem: facile, nunquam satis laudati ui-
 ri D. Ioannis Oporini, Compatri ac amici
 mei obseruadis. cōsilio acquieui, quo me,
 ut horū quosq; poetarum, quos hic damus,
 scripta collecta iuuentutis studijs commu-
 nicarè, incitauit. Theognide ergo *ἡρωικῶ-*
τάτω, cū uersione & doctissimis ELIÆ VI-
 NETI Annotationibus, ex arbitrio D. Typo-
 graphi, præmissis, reliquorū auctorum om-
 nium

EPISTOLA

nium scripta ex diuersis hinc inde autorib. congeſſimus, congeſta fideliter interpreta- ti ſumus, & ad puerorum captū quā proximè accommodauimus. Nec iuuenilibus ingenijs inutilem hāc noſtram operam fore ſperamus. Caſtiſſima enim ſaluberrimā- que de moribus præcepta proponit, quę u- ſum non pœnitendum in omnes uitę huius partes, ſi rectè percipiātur, ſint allatura. Præ- terea Græcæ linguæ (quæ comptiſſima eſt in hiſ autoribus) cum Latina collatio, non parum emolumentum ad uberioſer erudi- tionis theſaurum comparandum adferet: ijs præſertim, qui aliā uiuā magiſtri uoce deſtituti, ipſi ſibi præceptores eſſe in Græ- ca literatura coguntur: ut plures commo- ditates, quas præter iuniores etiam adulti hinc haurire poſſunt, ſciēs præteream. Non parum tamen doctiſſima Stobæi interpre- tatio, unde non paucas ſententias tranſcri- pſimus, nos iuuat. Verſionem Latino car- mine, ſui cuique interpretis nomine præfi- xo, ne alienis nos ornare plumis uideremur, ſubiecimus, ut Græcæ elegantię cum Latina melius perſpiceretur conuenientia, ab ijs qui iam abſque cortice in Græco ſtu- dio natare queunt. Nondum carmine red- dita,

DEDICATORIA.

ditæ, pro nostrâ tenuitate pedibus astrinximus, ita ut quàm proximè Græca sententia exprimeretur. Alicubi lectionis uarietas margini est aspersa. His omnibus eiusdem, si non carminis, tamen argumenti libellus Senariorum insertus est, ut quàm absolutissimam de moribus, totaque uita laudabiliter instituenda doctrinam, optimorum hoc Poetarum Opus teneris puerorum animis proponeret.

Hunc autem nostrum laborem, Viri amplissimi, uobis inscribere, librumque Scholæ uestræ consecrare, maximè necessarium duxi: tum, ut sub amplissimi nominis uestri patrocinio (quod quàm eximium erga bonarum artium cultores semper extiterit, manifestius est quàm ut nostro præconio indigeat) tutus à maleuolorum, quorum plena sunt omnia, moribus in communem iuuentutis usum prodiret: tum in primis, ut grati tandem animi indicium, licet exiguum, exhiberem pro innumeris Reipublicæ uestræ in me beneficijs. Cum enim puerilium studiorum partem non postremum Scholæ uestræ celeberrimè constitutæ, sub optimis præceptoribus M. CHRISTOPHORO Hoffmanno,

&c

EPISTOLA

& IOANNE Tumlero (D. CASPARE A-
 quila primariam Ecclesiæ curam gerente)
 feram acceptam : gratitudinis officium ui-
 debatur requirere, tam pro his, quàm pro
 alijs ciuium uestrorum in me meritis, char-
 taceo hoc munusculo, cum aliud non esset,
 testatum omnibus reddere, memoriam hu-
 manitatis uestræ nondum apud me senuif-
 se : si fortè alij meo exemplo excitati, me-
 liora, nō miniq̃ue uestro amplissimo magis
 conuenientia darent, & tandem *αχαριστίας*
 turpissimum crimē à Christiano cœtu exu-
 lare inciperet. Etsi uerò per se satis exiguū
 est munusculum hoc, nec dignum quod
 cum P. V. officijs conferatur : tamen, si pro
 uestro fauore erga liberalia studia & iuuen-
 tutis honestam institutionem, offerentis a-
 nimum respexeritis, nō minus gratum con-
 fido futurū; quàm si uel Colophonium au-
 rum à me P. V. oblatum esset. . . Quæ spes
 ne me fallat, per eam, qua omnes *φιλομους*
 prosequi soletis, beneuolentiam etiam at-
 que etiā oro. Deus opt. maximus, æternus
 Pater Domini nostri IESU CHRISTI, P. V.
 cōsilia & actiones ad sui nominis gloriam,
 & Ecclesiæ, Scholæque cōmūnem salu-
 tem dirigat, uosque omnes in sui agnitio-
 ne

DEDICATORIA.

ne uera conseruet, Amen. Basileæ, ex Ludo
literario ad D. Petrû, 8. Calend. Febr. Quo
die, ut quidam uolunt, ante annos 1527.
Paulus Tarsensis ad pœnitentiam reuoca-
tus diuinitùs, hostili in Christianos animo
deposito, CHRISTI dogmata amplexus
est: quemadmodum Lucas Act.
9. scripsit.

P. V.

deditissimus,
Iacobus Hertelius
Curienſis.

THE
MAGAZINE
OF THE
ROYAL SOCIETY
OF LONDON
AND THE
LONDON SOCIETY
OF MEDICAL AND
SURGICAL PRACTICE
AND THE
LONDON SOCIETY
OF MEDICAL AND
SURGICAL PRACTICE
AND THE
LONDON SOCIETY
OF MEDICAL AND
SURGICAL PRACTICE

1885
LONDON
PRINTED BY
RICHARD CLAY AND COMPANY
BUNGAY, SUFFOLK

ELIAS VINETVS

Santo Lectori.



V M ocij plurimum anno superiore apud Franciscum Sangelasium Engulismensis Ecclesiae Decanum, uirum cum generis splendore, tum ingenij dexteritate apprimè nobilem, nactus fuisset: id totum, quantum per aduersam ualetudinem licuit, in iucundissima Graecorum poetarum lectione à me contritum est. qua quidem in re consilium eorum lubens secutus sum, qui antiquos scriptores eo legendos ordine censent, quo & uixerunt, & scripserunt: quòd recentiores à uetustioribus semper habeant quidpià, quod non facillè intelligas, nisi prius illos diligenter legeris. Perlectis igitur, quorum fuit copia, uetustissimis quibusque, cuiusmodi sunt Homerus & Hesiodus, Theognidem tandem in manus sumpsi: cuius sententias licet graues esse non dubitarem, eò tamen intellectu mihi faciles fore sperabam, quòd crederem nihil esse illic quod à posterioribus, quos aliquando legeram, non fuisset luculentius tractatum.

b uixdum

uixdum è portu solueram, cum tot subito emergunt scopuli, tot statim obortę nubes, cœlumq; diemq; eripiunt oculis, ut à proposito facile his deterritus fuisset, nisi cupido huius conficiendi æquoris me planè obstinata iâ inde cepisset, ex quo primùm à præceptoribus meis, Aristotelis aliorumq; ueterum scripta prælegi mihi cœpta fuerāt, quæ huius poetæ sententijs ueluti suauissimis flosculis inspersa essent.

Cum igitur pergere obfirmato prorsus animo certum esset, quæ ad tam difficilem periculosamque rem conficiendam conducere uisa sunt, ea diligenter omnia adhibui, cuiusmodi sunt cum uariorum codicum, locorumque ex eodem autore ab alijs scriptoribus citatorum diligens collatio: tum syncerum & acre amicorū meorum, uiro- rum doctorum, unà cum meo, iudicium: inter quos Petrus Panætius & Iacobus Gypylus, facile principes. qua quidem diligentia abscessis, abiectis, transpositis multis, effectum tandem est, ut instituto satisfecerim meo, perlegerim bonum poetam, eorumq; quę in eo corrupta erant, bonam magnamque partem obiter castigauerim. Cæterum cum in eo totus essem, Ioanni Lodoico Tiletano

EPISTOLA

Letano, typographo diligentissimo, rem partefeci, cum in eius bibliopolium, quærendi ex eo exemplaris gratia aliquando me contulisset: quam ubi intellexisset, rogauit uehementer, ut si quid haberem in eum autorem, quem esset breui excusurus, communicarem: me sibi, studiosisq; omnibus gratum facturum. Id autem perfacile impetrauit ille, quando ineunte hac æstate huc ueni, candide Lector: cui in tuam gratiam publicandum tradidi, quicquid fuit nostri in Theognidem laboris, quem autorem utinam tam totum restituere omnino potuissem, quam cupiebam. Is enim tam deprauatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nulla diligentia, nullo labore, nullis deniq; quantislibet uigilijs id præstare potuerim. quæ res in causa est, ut in Latinum sermonem à me conuersum non habueris. Quod reliquum igitur hic desiderabitur, id ab alio inzerim dum foelicius expectabis, nostro hoc labore, quantuluscunq; est, fruaris, eumq; boni consulas uelim. Vale, Lutetiæ.

Calendas Sextil.

543

6

THEO

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

EX TYRTAEO, DE VIR-
tute bellica.

AVDACIAE LAVS.

Non memorādus mihi uir, nec in precio habēdus
 Seu uirtutis pedū seu gratia luctæ: (uidetur:
 Neq; si Cyclopum habeat magnitudinem & robur,
 Et currendo uincat Thracium Aquilonem:
 Et forma fit uel ipso Tithono præstantior,
 Et locupletior quā aut Midas aut Cinyras reges:
 Neq; si Tantalidem Pelopem regno uincat,
 Linguamq; Adraſti ſuauiſſimam habeat.
 Neq; ſi gloriā omnē præter bellicā fortitudinē habeat.
 Non enim uir bonus eſt in bello,
 Si non ſuſtineat cædem uidere cruentam,
 Et propius hoſtem ſtare cupiat.
 Hæc uirtus eſt, hoc optimum inter homines præmium,
 Et maxime decorat uirum iuuenem, à quo geritur.
 Commune hoc bonum eſt ciuitati, & uniuerſo populo,
 Si quis uir progreſſus inter pugnantes in prima acie
 Cōſtāter, turpisq; fugæ prorsus obliuiſcatur, (maneat
 Vitam & animum patientem obijciens periculo:
 Animetq; ad mortem obeuntem proximū uirum aſtās:
 Hic uir bonus eſt in bello.
 Statim uerò hoſtium in fugas uertit phalanges
 Aſperas, ſuaq; induſtria prælij fluctus regit.
 Ipſe aut in prima acie proſtratus charā amittit uitam,
 Ciuita-

SENTENTIAE.
ΕΚ ΤΩΝ ΤΥΡΤΑΙΟΥ,
πρὸς πολεμικῆς ἀρετῆς.

171

ΕΠΑΙΝΟΣ ΤΟΛΜΗΣ.

Ὅτ' αὖ μνησαίμεν, ἅτ' ἐν λόγῳ ἀνδρα τιθέμεν,
ἅτε ποδῶν ἀρετῆ, ἅτε παλαιοδοσιότης
ἅδ' εἰ λυκλώπων μὲν ἔχοι μέγισθός τε βίβλυ τε,
νικῶν ἢ θέω θρηίκιον βορέην.
ἅδ' εἰ τιθωνοῖο φυλὴν χαριέσφορος εἶν,
πλετοῖν ἢ μίδλεω ἢ * λιγύραο πλεόν.
ἅδ' εἰ ταυταλίδεω πέλοπος βασιλῆύτορος εἶν,
γλῶσσαν δ' ἀδρήστ μελιχόγηρυμ ἔχοι.
ἅδ' εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πλὴν θέρειδος ἀκνήσ.
ἅ γ' ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ,
εἰ μὴ τετραίη μὲν ὄρωρ φόνορ αἱματόεντα,
λαὶ δειῶν ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἰσάμενος.
ἅδ' ἀρετῆ, τόδ' ἀειθλορ ἐν ἀνθρώποισιν ἀριστορ,
λάλυστορ τε φέρεμ γίγνεται ἀνδρὶ νέω.
ξυδὸρ δ' ἐδδὸρ τῆτο πόλην τε παντί τε δήμῳ,
ἀστὶ ἀνὴρ διαβάς ἐν προμάχοισι μόνῃ
κωλεμέως, αἰσχρᾶς ἢ φυγῆς ἐπιπάγχυ λάθεται,
ψυχὴν λαὶ θυμὸν τλήμονα παρθέμενος.
θερσιῶν ἢ πεισῆρ τὸν πλεσίον ἀνδρα περσιῶς
ἅτος ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ.
αἰψᾶ ἢ δυσμενέωρ ἀνδρῶν ἐτρεφε φάλαγγας
τρηχέας, σπασθῆ τ' ἔχεθε λῆμα μάχης.
αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεισῶν φίλορ ὤλεσε θυμὸν,
ἀστὴ

* αἰ. λιγύραο
βάθρο

Ciuitatem, & populos, & patrem honestans:
 Multis per pectus & scutum rotundum uulneribus,
 Et per thoracem ab anteriore parte sauciatus.
 Hunc uerò lugent pariter iuuenes, senesq; (tur.
 Et graui desiderio tota ciuitas funus ipsius prosequi
 Huius sepulchrū, & liberi inter homines præclari sunt,
 Itemq; nepotes, & omne posterorum genus.
 Nunquam eius bona gloria interit, neq; nomen ipsius:
 Sed quamuis sub terra fit, manet immortalis.
 Quem se fortiter gerentem, manentemq; & pugnātem,
 Pro patria & liberis uehemens Mars peremerit.
 Quòd si effugerit sortē mortis longū inducētis soporē,
 Et uictoria potitus splendidā gloriā pugnae auferat,
 Ipsum ex æquo omnes iuuenesq; senesq; colunt,
 Multisq; iucundis affectus ad orcum abit.
 Senescens autem inter ciues præcellit, neq; quis illum
 Lødere, nec irreuerenter nec iniuste cupit.
 Omnesq; in sedibus iuuenes simul & æquales
 Loco cedunt ei, quiq; maiores nati sunt.
 Huius igitur uirtutis ad summū peruenire, nunc aliquis
 Nitatur animo, non remittens bellum.

Eiusdem: aliàs Callini.

Quamdiu torpetis? quando strenuā habebitis animam
 O' iuuenes? an' non ueremini uicinos,
 Ob tantam ignauiam? In pace autem uobis uidemini
 Sedere: sed bellum totam regionem infestat.
 Quin scutum aliquis arte in prælio hosti obtendat:

Et

ἄφν τε λιὰ λαῦς λιὰ πατέρ' ἀνελείσας·
 πολλὰ διὰ σέρνοιο λιὰ ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης,
 λιὰ διὰ θώρηκος πρόδρον ἰληλαμύου.
 τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι, ἠδὲ γέροντες,
 ἀργαλέω ἢ πόθῳ πᾶσα λιένθει πόλις.
 λιὰ τύμβος, λιὰ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀέρισμοι,
 λιὰ παίδων παῖδες, ἢ γένος ἐξοπίσω.
 ἕδὲ πῶτε λιέος ἐδδὸν ἀπόκλυται, ἕδ' ὄνομ' αὐτῶ,
 ἀλλ' ὑπὸ γῆς πῶρ' ἐὼρ γίγνεται ἀθάνατος,
 ὅρτιν' ἀριστύνοντα, μένοντά τε, μαρνάμονόν τε
 γῆς πέρι λιὰ παίδων θῦρος Ἄρης ὀλέσῃ.
 εἰ ἢ φύγοι μὲν λιῆρα ταυηλεγέος θανάτοιο,
 νικῆσας δ' αἰχμῆς ἀγλαῶν δῦχος ἔλοι,
 πάντες μὲν τιμῶσιρ ὁμῶς νέοι, ἠδὲ παλαιοί,
 πολλὰ ἢ τὸρ πνὰ παθῶν ὄβρ' χεται εἰς αἰδέων.
 γηράσων δ' ἀστοῖσι μῆλα πρέπει, ἕδὲ τις αὐτὸν
 βλάπτειρ, ἕτ' αἰδέως ἕτε δίνης ἐθέλει.
 πάντες δ' ἐν θάνοισιρ ὁμῶς νέοι, οἳ γε λιὰτ' αὐτὸν
 εἶπασ' ἐν χώρης, οἳ τε παλαιότοροι.
 ταύτης νυῦ τις ἀνὴρ ἀρετῆς εἰς ἀκρον ἰδέσθαι
 περάσθω, θυμὸν μὴ μεθείς πολέμῳ.
 τῶ αὐτῶ, ἢ Καλλίνε.
 μέγχις τσὺ κατ' ἀκείδε; λιότ' ἄλκιμον ἔξετε θυμὸν,
 ὦ νέοι; ἕδ' αἰδέϊδ' ἀμφιπόριπύονας,
 ὦδε λίην μεθείοντες; ἐν εἰρήνῃ ἢ δονεῖτε
 ἠῖδαί, ἀτὰρ πόλεμος γαῖαν ἀπασσῶν ἔχει.

* ὅν νύ τις ἀσπίδα θέσθω ἐν αἰτῆβίως πολεμίζωμ'

λιὰ

* Hunc hexametrum D. Camera rius de suo fuppleuit.

Et aliquis moriens ultimò iaculum emittat.
 Honori enim est & ornamento uiro, pugnare
 Pro patria & liberis & tenera uxore
 Aduersus hostes. Mors autem aderit, quando cunq;
 Parca destinauerint. Sed age quispiam rectà pergat
 Extenso in altum gladio, & sub scuto forte pectus
 Foueat, cum primùm incipit committi pugna.
 Non enim mortem effugere fatale est
 Virū, neq; si à maioribus immortalib. genus ducat.
 Sæpe quis elapsus è pugna sonituq; telorum
 Euadit, sed ipsum domi fatalis mors apprehendit.
 Atq; hic sanè nec amicus est populo, nec gratus:
 Illū uerò magnus et paruus deslèt, si qd passus fuerit.
 Vniuersus enim populus uirum sortem desiderat
 Defunctum, uiuentem uerò instar semidei colit.
 Nam coràm intuentur illum uelut turrim:
 Quippe solus multorum æquat facinora.

Eiusdem.

Veruntamen Herculis genus inuictum estis:
 Confidite, nondum Iouis facies auersa est à nobis.
 Nec hominum turbam formidētis, aut metuatis,
 Quin rectà quisq; hostibus scutum obuertat
 Inuisam amissurus animam, mortisq; nigrum,
 Sed solis splendori gratum subiturnus fatum.
 Nostis enim quàm grauias sint Martis luctuosi opera,
 Nostis etiam impetum permolesti belli.
 Et quandoq; fugistis ipsi, quandoq; alios fugastis,

καὶ τις ἀποθνήσκῃ ὕστατ' ἀνοήσιατώ.
 τιμῆσ' τε γὰρ ἐστὶ καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθαι
 γῆς πέρι, καὶ παίδων, λιβερίδης τ' ἀλόχης
 δυσμονέσθω. θάνατος δέ ποτ' ἐσέσθαι, ὅπποτε λίσσῃ δὴ
 μοῖρα ἐπικλώσῃ. ἀλλὰ τις ἰθὺς ἴτω,
 ἔγχος ἀναχόμενος, καὶ ὑπ' ἀπίδος ἄλκιμον ἦτορ
 ἔλσας τοπρῶτον μιγνυμένῳ πολέμῳ.
 ὃ γὰρ πως θανάτῳ γε φυγῆν εἰμαρμένον ἐστὶν
 ἀνδρῶν, ὃ δ' εἰ προγόνων ἢ γένος ἀθανάτων.
 πολλὰ κὶ δεισιπύτη φυγῶν καὶ δῆπου ἀπόντων
 ὄρχεται, σὺ δ' οἴκῳ μοῖρα λίσσῃ θανάτῳ.
 ἀλλ' ὁ μὲν ἐν ἔμπας δῆμῳ φίλος, ὃ δὲ ποθεινός·
 τὸν δ' ὀλίγος σφνάχει, καὶ μέγας, λίῦ τι πάθη.
 λαῶν γ' ἐξ ὅσων πάντων πόθος ἰρατ' ἰσρόφρονος ἀνδρὸς
 θνήσκοντος, ζῶων δ' ἄξιος ἡμιθέων.
 ὡσπερ γὰρ μὴ πύργου σὺ ὀφθαλμοῖσιν ὀρώσῃ,
 ἔρδῃ γ' ὅσων ἀξία μῆνος ἔων.
 τῶ αὐτῶ.

ἀλλ' Ἡρακλῆος γ' ἀνίκητον γένος ἐσέ·
 θαρσύνει, ὃ πωρὸν ἀνχόνα λοξὸν ἔχει.
 μηδ' ἀνδρῶν πλῆθει δειμαίνετε, μηδὲ φοβείσθε,
 ἰθὺς δ' εἰς προμάχης ἀπίδι' ἀνῆρ ἔχεται,
 ἐχθρῶν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτῳ ἢ μελαίνας
 ἀυγαῖσιν λῆρας ἡελίοιο φίλας.
 ἴσθι γ' ὡς ἀρεῶς πολυδακρύτην ὄργ' ἀείδουσα,
 σὺ δ' ὄργλῶν ἰδίατ' ἀργαλὲς πολέμῳ.
 καὶ μὴ φουγόντων τε δεισιπύτων τ' ἐγχεῖσθαι,

ὡ γίσι,

Iuuenes, utrunq; satis experti estis.
 Nam ex illis qui audent unà persistentes
 Cominus in hostes aduersos impetum facere,
 Perpauci occidunt, retroq; seruant populum:
 Timidorum autem uirorum omnis perit uirtus.
 Vix autem aliquis uerbis explicare possit,
 Quanta incurrat mala uir qui se turpiter dederit:
 Ignominiosum namq; est tergum sauciare
 Viri fugientis in aduerso praelio.
 Turpe quoq; est cadauer in puluere prostratum,
 Aq; tergo haste cuspide uulneratum.
 Sed progressus quispiam maneat firmus utroq; pede
 Terræ infixio, labia dentibus præmordens:
 Femora & tibias infernè, nec non pectus humerosq;
 Lati clypei umbone contgens.
 Dextra uerò manu ualidam hastam torqueat,
 Terribilemq; in capite cristam excutiat.
 Fortia aggrediens facta discat bellare,
 Nec à telis procul absit clypeum gerens.
 Sed congregiendi quispiam, cominus longa hasta
 Vel gladio percussurus, socium sibi accipiat:
 Pedem pedi iungens, clypeumq; clypeo admouens,
 Nec non cristam crista, galeamq; aptans galeæ,
 Pectoriq; obuerso pectore contra hostem pugnet,
 Vel gladij capulo, uel hasta prælonga arrepta.
 Vos autè leuis armaturæ milites sub scutis aliunde alij
 Trepidantes, grandibus pugnate lapidibus,
Hastasq;

ὦ νόιοι, ἀμφοτέρωρ δ' εἰς λόρον ἠλάσατε,
 οἱ μὲν γὰρ τολμῶσι παρ' ἀλλήλοισι μύοντες,
 ἐς τ' αὐτοχειδίην ἢ προμάχης ἰόναι,
 παυρόττεροι θνήσκουσι, σάασι δ' λαὸν ὀπίσω
 τρεῖς αὐτῶν δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή.
 ἔδ' εἰς δ' αὖ ποτε ταῦτα λέγων ἀνύσειεν ἱνασσα,
 ὄος, αὐ' αἰσχρὰ πάθη, γίγνεται ἀνδρὶ λιανά.
 ἀργαλέον γὰρ ὅπιθε μετὰ φρονόμ' ἐστὶ διαΐψαμ
 ἀνδρὸς φθύγοντος δαίην σὺ πολέμῳ.
 αἰσχρὸς δ' ἐστὶ νέκυσ λατᾶκέμενος σὺ λιονήσοι
 νῶτορ ὅπιθ' αἰχμῇ δαυρὸς ἐλλυλαμοτός.
 ἀλλὰ τις σὺ διαβάς μενέτω ποσίμ ἀμφοτέροισι
 φθειχθεὶς ἐπὶ γῆς, χέλος ὀδῶσι δακῶν
 φηρὸς τι λινύμας τι λιᾶτω, λιὰ στέρνα ἢ ὄμυς
 δαπίλος σύρεῖς γαστρὶ λαλυψάμενος.
 διξιδρῆ δ' σὺ χειρὶ τινασέτω ὄβριμον ἐγχεος,
 λινέτω δ' ἢ λόφορ δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς.
 ἔρδωρ δ' ὄβριμα ὄργα διδασκείδω πολεμίζων,
 μηδ' ἐκτός βελέων ἐσάτω δαπίδ' ἔχωμ.
 ἀλλὰ τις ἐγγύς ἰὼμ, αὐτοχειδὸν ἐγχεὶ μακρῶ
 ἢ ξίφεα ἑτάζωμ δαῖον ἀνδρ' ἐλέτω
 ἢ πόδα παρ' ποδὶ θεῖς, ἢ ἐπ' ἀπίδος ἀπίδ' ὄρέσας,
 σὺ δ' ἢ λόφορ τε λόφῳ, λιὰ λιυέην λιυέην,
 λιὰ στέρνον στέρνῳ πεκαλημοτός ἀνδρὶ μαχέδῳ,
 ἢ ξίφεος λιωπύην, ἢ δόρυ μακρὸν ἐλῶμ.
 ὦ μείς δ' ὦ γυμῆτες ὑπ' ἀπίδος ἀλλοθον ἄλλος
 πῆσασοντες, μεγάλοις βέλλετε χόρμαθίοις,

Hastasq; leues contorquete in hostes,

Vestram prope armaturam permanentes,

Eiusdem.

Præclarum est, in prima acie si occidat

Vir bonus, pro patria sua pugnans.

At qui urbe sua pinguibusq; aruis relictis

Mendicare cogitur, omnium est miserrimus:

Cum chara matre uagans, et sene parente,

Cumq; paruulis filijs, et adolescentula uxore.

Inuisus namq; erit ad quoscunq; peruenerit,

Indigentia uictus et odiosa paupertate.

Genus suum infamat, et formam decoram turpat,

Omnis generis anxietas, et mala cum sequuntur.

Tandem sic errantem hominem nulla (decori) cura

Afficit, nec pudor ullus in posterum est ei.

At nos animo forti pro terra hac pugnemus, et pro li-

Moriamur, nequaquam uitæ parcentes. (beris

O iuuenes, arctè inuicem iuncti pugnate,

Neq; turpis fugæ, aut timoris initium facite.

Sed magnum fortemq; concipite animo impetum:

Nec pugnantes aduersus hostes uitæ rationē habete.

Veteranis autem, quorū genua non amplius sunt agilia,

Grandæuis relictis ne fugite.

Turpe enim est, si in prima acie prostratus

Iaceat ante iuuenes uir senior,

Candidum iam habens caput, barbamq; canam,

Animam efflans fortem in puluere,

ἄνθρωποι τε ξιφράειν ἀποντίθοντες εἰς αὐτὸς,
 ταῦτι πανοπλίαις πλοσίον ἰσάμενοι.
 τῷ αὐτῷ.

τιθνάμενοι γὰρ λαλὸν ἐπὶ προμάχοισι πισόντα
 ἀνδρῶν ἀγαθῶν, πόρῃ ἢ παύσει μακρῶν ἀμενον.
 τίλῃ δ' αὐτῷ προλιπόντα πόλιν λιδοῦ πύονας ἀγρῶν
 πῆλξεν, πάντων ἔσ' ἀνιρότατον
 πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ γέροντι,
 παῖσι τε σὺν μικροῖς, λιβεδίη τ' ἀλόχῃ.
 ἔχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι μετίσσεια δὲ λιγν ἰκταί,
 χρῆμοσὺν τ' εἰνωρ καὶ θυγὸρ ῥῆ κονίη.
 αἰσχρῶς τε γένος, λιπῶν δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχα,
 πᾶσα δ' ἀθυμία καὶ λιανότης ἔπιται.
 αἶψ' ὅπως ἀνδρὸς τοι ἀλωμονὸν ὑδμεῖ ὄρη
 γίγνεται, ὅτ' αἰδιῶς εἰς ὀπίσω τελέθει.
 θυμῷ γῆς πέρι τῆσδε μαχώμεθα, καὶ περὶ παίδων
 θνήσκωμεν, ψυχῶν μνηεῖ φειδόμενοι.
 ὦ νέοι, ἀλλὰ μάχεσθε παρ' ἀλλήλοισι μόνοντες,
 μηδὲ φυγῆς αἰσχρῆς ἀρχήτε, μηδὲ φόβου.
 ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἀλιμον σὺν φρεσὶ θυμῷ,
 μηδὲ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μακρῶν ἀμενοι.
 τῶν ἢ παλαιότερων, ὧν ὑπέτι γύνατ' ἰλαφρᾶ,
 μηδὲ λιπαλείποντες φύγετε τῶν γόρραϊν.
 αἰσχρὸν γὰρ δὴ τῷτο μετὰ προμάχοισι πισόντα
 λιεῖσθαι πρόδωκε νέων ἀνδρῶν παλαιότορον,
 ἥδη λισυκὸν ἔχοντα λιάρη, πολέον τε γένεον,
 θυμὸν ἀποπνεύοντ' ἀλιμον σὺν λιονίη,

Cruenta charis manibus pudenda tegens,

Quæ oculis intuer & turpe & indignum est,

† Fortè pa- Et denudata corpora: † iuvenes autem prorsus decet,

rèthesi in-
cludenda
sunt *.

*Vt pubertatis flos sit eis pulcher *.*

Viris quidem mortalibus, & mulieribus visu amabilis

Est, uiuus adhuc. strenuus aut, si in prima acie cecidit

Sed progressus ad pugnam quæpiam mæcat utroque pede (rit.

Terræ infixio, labia dentibus præmordens.

FINIS CARMINVM

Tyrtæi.

EX NAVMACHII SCRIPTIS
SENTENTIÆ.

Pulchrum sanè est, corpus castum habere, intactamque manere

Virginem, & puris semper cogitationibus delectari:

Nec onus circa laboriosa ilia gestantem,

Neque dolores trementem suspiriosos Lucinæ:

Sed permanere quasi reginam imbecillium mulierum,

Oculum animæ splendidum ad eam uitam erigendo,

In qua gloriose ueræque sunt nuptiæ, ubi commixta

Diuinis uerbis lumine plenas meditationes parit.

Quòd si te alienæ uitæ desiderium capit,

De ista quoque præsciens dicam, quò te oporteat cõficere

Nauigationem, ut aiunt, secundam animo leto.

Hic tibi sit maritus, quem parentes decreuerint:

Et si fuerit prudens, felicissima es: sin aliter

Virum

SENTENTIAE.

181

αιματόγυτ' αἰδοῖα φίλαις ἐν χόρσιρ ἔχοντα,
 αἰσχρὰ τὰ γ' ὀφθαλμοῖς καὶ νευροῖσιν ἰδαῖρ,
 καὶ χροὰ γυμνωθέντα νέεσι ἢ παύτ' ἐπέοικον,
 ὄφρ' ἄρα τῆς ἕβης ἀγλαὸν αὐθὸς ἔχη.
 αἰδράσι μὲν θνητοῖσιρ ἰδαῖρ, ὄρατὸς ἢ γυναιξὶ
 ζωὸς ἰάν, καλὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσών.
 ἀλλὰ τις ἐν διαβάς μονίτω ποσίρ ἀμφοτέροισι
 σπριχθεῖς ἐπὶ γῆς, χαῖλος ὀδῶσι δακνών.

Τ Ε Λ Ο Σ Τ Ω Ν

Τυρῆων.

Ε Κ Τ Ω Ν Ν Α Τ Μ Α

χίς, γνωμικά.

Κ αλὸν μὲν, δέμας ἀγνὸν ἔχειρ, ἀδμῆτά τε μί-
 νειρ
 παρθενικῶν, καθεροῖσὶ τ' αἰεὶ μελεθῆμασι χαίρειρ.
 μήτε βαρυλήτων λαγόνων πέρι φόρτον ἄγυσαν,
 μήτε πόνον τρομέυσαν ἀγάστονον εἰλαθῆς.
 ἀλλ' ἦδαι βασιλείαν ἀφαιρῶν θηλυδράων,
 ψυχῆς ὄμμα φαανὸν ὑπὲρ βιότοιο χέυσαν,
 εἴθ' αὖ γάμοι λιδοὶ κῆ ἀληθείες, εἴθ' αὖ μιγαῖσα
 θιασιόοις ἐπέσοι νοῦματ' αὖ φάια τίηται.
 εἰ δέ σε καὶ ξυνοῖο πόθος βιότοιο λιχαύει,
 καὶ τῶτο προλαίς ὄρέω, πῶς χεῖ σε πόρῆσαι
 τὸν πλῆρ, ὡς φασιν, τὸν δούτορον εὐφρονι θυμῶ.
 ἐγὼ σοὶ πόσις ἔτος, ὅρ' αὖν λιγνώσει τοῦκτες.
 καὶ μὲν ἐν πιτυῖος, εὐ μακαρῆσιν· εἰ δέ σε ἄλλως

n 3

ἀνέρος

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

SENTENTIAE

131

Ex eodem.

*Ipsē suo regno ditionēq; continet omnes,
Nec gerit imperium tantum ex mortalibus ullus.*

Eiusdem Solonis.

Omnibus atq; uiris mens est obscura decorum.

Eiusdem.

*Legibus his oro primū rex Iuppiter adsit:
Fortunamq; serat foelix, nomenq; secundet.*

Apollo ad Solonem.

*Puppe gubernator media stans dirige cursus:
Subsidio multi uenient, ne differ, Athenis.*

Eiusdem Solonis.

*Grataq; sunt Veneris nobis, et dulcia Bacchi,
Quaq; uiris Musae munera leta serunt.*

Eiusdem.

Dum propero ad senium, discere multa libet.

Finis Carminum Solonis.

E TYRTAEO, CLAUD. MON-

fello interprete.

Non ego uel cursus, uel clarae nomine lucte,
Commemorare uirum nec celebrare uelim;

Nec si corporeis Cyclopa uiribus aequet,

Et celerem currens anteuolet boream;

Nec si Tithono fuerit formosior ipso,

Sitq; Mida longē ditior, aut Cinyra;

Nec si uel Pelope audaci mage regius esset,

Linguaq; Adraſtaeo plena lepore suat;

Nec

Nec si laus omnis foret huic, nisi bellica uirtus:
 In bello quoniam strenuus esse nequit,
 Si non sustineat cædem spectare cruentam,
 Conserat & denso primus in hoste manum:
 Illa quidem uirtus, atq; optima præmia ferri
 A' iuvene ingenti nec sine laude solent.
 Spes & fida salus populi est totius & urbis,
 Qui primos inter continua arma gerit:
 Nec fugere omnino didicit, nec uertere terga,
 Audaci est animo: cuncta pericla subit.
 Hortaturq; mori socium, & discrimina ferre,
 Ille uir in bello strenuus unus erit.
 Iamq; hostile premens magna ui contudit agmen,
 Rexit & arbitrio nobile Martis opus:
 Ac tandem occubuit confossus in ordine primo,
 Nobilitans patriam, nobilitansq; patrem,
 Postquam ictus crebros dissecto umbone recepit,
 Vndiq; uulneribus saucia membra gerens.
 Illum omnes pariter deslent iuuenesq; senesq;
 Et summa exequias urbs pietate facit.
 Multus honos tumulo, natisq; rependitur eius,
 Et soboli illorum, quæ genus inde trahet.
 Non decus illius, celebris nec fama peribit:
 Immortalis enim est, sit licet in tumulo,
 Quisquis in arma ruens, nec sæuo à Marte recedens,
 Pro patria & natis fortiter occiderit:
 Si uerò incolumis mortem uitarit acerbam,

Retuleritq;

S E N T E N T I A E.

Rettuleritq; sua parta trophæa manu,
 Illum omnes pariter decorant iuuenesq; senesq;
 Et bona percipiens plurima letus obit:
 Affectus senio toti gratissimus urbi est,
 Prorsus & hunc ipsum ledere quisq; cauet.
 Turba senum iuuenumq; loci concedit honorem,
 Nullus & æqualis se equiparare uelit.
 Ergo aliquis tantæ uirtutis tangere culmen
 Conetur, toto pectore bella petens.

Eiusdem, uel Callini.

O' iuuenes, quid uult sibi tanta ignauia? ubinam
 Sunt animi? num de finitimis rubor est
 Segnitiam ob uestram? secura pace potiri
 Creditis: at bello patria tota tremit.
 Quilibet audacter mauortia surgat ad arma:
 Atq; aliquis moriens ultima tela uibret.
 Pro patria pulchrum est, natisq; & coniuge chara
 Pugnare, & ualida bella ciere manu.
 Mors aderit, cum fata uolent. iam quis mihi rectâ
 Prodeat in pugnam, cum citò cœpta fuit,
 Tollens terribili gladium uirtute, tegensq;
 Fortia prægrandi pectora sub clypeo?
 Effugere haud ulli mortem conceditur, etsi
 A' superis ortum duceret ipse suum.
 Sæpe quis à bello, telisq; reuersus, & hoste,
 Repperit in proprijs ædibus exitium:
 Nec tamen hic gratus populo est, nec amabilis ulli:

Illum

Illam autem deflet cum iuniore senex.
 Quippe sui desiderium post fata relinquit.
 Fortis, at in uita est semideo similis.
 Conspicitur siquidem ueluti fortissima turris:
 Nam quæ multi agerent, omnia solus agit.
 Eiusdem.

Alcide sedenim genus insuperabile, forti
 Est animo: nondum flexa Iouis facies.
 Vos ne turba uirum, densus ne terreat hostis
 Omnis in aduersos obuia tela gerat.
 Inuisamq; adeo statuens abrumpere uitam,
 Precipiti cursu malit obire semel.
 Nostis enim quam sint horrentia praelia Martis,
 Nostis et armigere quanta sit ira deæ.
 Terga cecidistis partim, partimq; fugati
 Estis, et experti scitis utrunq; satis:
 Qui perstant simul, et primi certamina tentant,
 Audentes animo cominus arma sequi,
 Perpauci moriuntur, et à tergo agmina seruant:
 Ast hominis timidi gloria tota perit.
 Vix mala quis uerbis perstringere singula possit,
 Quæ uir, qui in bello turpia gessit, habet:
 Nempe ingens ignominia est: fugitare parantis
 Lethali gladio terga secare uiri:
 Turpe et puluerea stratum tellure cadauer,
 Dorsa gerens crebris saucia uulneribus.
 Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;

In terra, stristo dente labella premens:
 Et latum obijciens clypeum protendat ad istus,
 Qui femora atq; humeros, pectus & omne tegat:
 Atq; manu dextra robustam torqueat hastam,
 Et summo pendens uertice crista tremat.
 Fortiter arma mouens, bellandi exerceat artem:
 Nec procul à telis perstet habens clypeum.
 Congrediens aliquis gladium uibrando, uel hastam,
 In pugnam, socium cominus accipiat.
 Cum pedibusq; pedes, cum scutis scuta coaptans,
 Cum crista cristam, cum galea galeam:
 Et pectus iungens cum pectore, pugnet in hostem,
 Siue tenens hastam, siue tenens gladium.
 At uos, qui leuibus nudi trepidatis in armis,
 Grandia præualida mittite saxa manu:
 Atq; hostes contra teretes torquete sagittas:
 Nec quis ab armatis ausit abesse uiris.

Eiusdem.

Gloria magna uiri est, qui primas ante phalanges
 Occubuit, patrie nomine bella gerens.
 At miserum est, aliquis patria cum pulsus & agris,
 Mendicans uictum querit ubiq; suum,
 Et chara cum matre, sene & genitore uagatur,
 Vxorem iuuenem & pignora parua trahens.
 Namq; odiosus erit, quamcunq; migrarit in urbem,
 Ut qui pauperiem pergraue gestet onus.
 Et genus infamat, & forme turpat honorem:

Deniq;

Deniq; & anxietas & dolor omnis adest.
 Atq; uiri tandem per tot discrimina tracti
 Quis pudor? aut que animum tangere cura potest?
 His nos pro patria, & natis moriamur in armis,
 Nec uitam metuat perdere quisq; suam.
 O iuuenes propè conferti Mauortis obite
 Prælia, nec turpi uertite terga metu:
 Audaces quim este animis, & pectore forti,
 Inter pugnandum nec sit obire graue.
 At queis iam nec membra uigent, & quassa pedum uis,
 In bello pudeat deseruisse senes.
 Infame hoc & turpe nimis, iuuenum ante cateruas,
 In primis senior si cadat agminibus:
 Canos iamq; gerens barba, capitisq; capillos,
 Exhalans animam pulueream per humum:
 Atq; tenens manibus respersa cruore pudenda,
 Cernenda iratis non nisi luminibus:
 Omnia persimilis iuueni, conamine magno
 Vt pubertatis flos sibi detur, agit.
 Ille oculis hominum gratus, dum uiuit, habetur.
 Strenuus at primis casus in agminibus.
 Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;
 In terra, stricto dente labella premens.

E. NAVMACHIO, SIM. VAL-
 lamberto interprete.

Expertem ueneris satius mansisse, pudore
 Indomito, & puris meditari gaudia curis.

Atq;

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

SIMONID. SENTENT.

Eiusdem.

*Homo cum sis, nihil affere stabile;**Nec ubi uideris hominem, certa**Spacia etatis promitte. etenim**Muscae uolucris res in morem**Inconstantia rotat humanas.*

Eiusdem.

Nec ullus expers criminis, nec mortis est.

Eiusdem.

Vt arma fugias, fata non fugies tamen.

Eiusdem.

*De luce castis cor memoriam non supra**Vnum tenebit, si cor habeamus, diem.*

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA

OPORINIANA, ANNO SALVTIS

humane M. D. LXXVI. Mense

Martio.

